



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Dominica decimaquarta S. lu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

a sapientibus et prudentibus :  
 et reuelasti ea paruul. Tu autē  
 domine miserere nob. **Lviij.**  
**A**t ille dixit ad eum. In lege  
 quid scriptum est. Quō legis  
 Ille respondens dixit Diliges  
 dominum deum tuum ex toto  
 corde tuo et ex tota anima  
 tua et ex omnibus viribus tuis  
 et ex omni mente tua : et proximū  
 num sicut teipm Tu autem.  
**Q**um legisperito **Lcō nona.**  
 respondet perfectuz nobis sal  
 uator iter vite celestis ostēdit  
 cui primo de dilectione dei et  
 proximi legis scripta proponē  
 ti dicit. Recte respondisti. hoc  
 fac et viues. Deinde post in  
 ductam parabolam responde  
 ti illum fuisse proximum vul  
 nera to qui fecit misericordiaz  
 in illum adiecit vade et tu fac  
 similiter. Tu autem domine.  
**F**rateres Abrabe **Capitulu**  
 dicte sunt promissiones et se  
 mini eius. non dicit et semini  
 bus quasi in multis sed qua  
 si i vno et semiuino qui ē chri  
 stus. Deo gratias. **Collecta**  
**O**mnipotens sempiternus deus  
 da nobis fidei spei et charitatē  
 augmentum : et vt mereamur  
 assequi quod promittis. fac  
 nos amare qd precipis. Per  
 dominum nostrū iesum xpm.  
**Ex euangelio añ.** Dico autē  
 vobis qd multi reges et pro  
 phete voluerunt videre qd vos

videtis et non viderunt : et au  
 dire que auditis et non audie  
 runt. añ. Magister quid fa  
 ciendo vitam eternam possi  
 debo. Ait illi Iesus. In lege  
 scriptum est. Diliges domi  
 num ex toto corde tue. **anti.**  
 Homo quidam descendebat  
 ab Hierusalem in ihericho et  
 incidit in latrones qui etiam  
 despoliauerunt eum. et plagis  
 impositis abierunt semiuino  
 relicto. **ñia.** Samaritanus  
 quidam iter faciens et videns  
 eum semiuinum relicto mi  
 sericordia motus est. et appro  
 pians alligauit vulnera eius  
 infundens oleuz et vinum du  
 xit in stabulum et curam eius  
 egit. añ. Quis tibi videt pri  
 mus fuisse ille qui incidit. in  
 latrones. et ait ille qui fecit mi  
 sericordiam in illum vade et  
 tu fac similiter alleluia. **Do**  
**minica decimaquarta S. lu.**  
**F**A illo tempore. Dum  
 iret iesus in hierusalem  
 transibat per mediam Sama  
 riam et galileam. Et cum in  
 grederetur quoddam castel  
 lum occurrerunt ei decem vi  
 ri leprosi. Et reliqua. **Omes**  
**lia venerabilis Bede presby.**  
 Leprosi non absurde intelli  
 gi possunt qui scientiam vere  
 fidei non habētes varias do  
 ctrinas profitentur erroris nō  
 em abscondūt impietā suā s; p.



summa periticia proferunt i lu-  
cem et iactantia sermonis ostē-  
tant. Tu autem. **Lectō vij.**  
**N**ulla porro doctrina est q̄  
non aliqua vera intermiscet  
Clara ergo falsis inordinate  
p̄mixta in vna disputatōe vel  
narratione hominis tanq̄ in  
vnius corporis colore apparen-  
tia significant. lepram tanq̄  
veris falsiq̄ coloruz locis hu-  
mana corpa variantem atq̄  
maculantem. Tu. **Lectō nona.**  
**N**i aut tam vitandi sūt ec-  
clesie vt si fieri potest longius  
remoti magno clamore chri-  
stum interpellent. Unde et ap-  
te subiungitur. Qui steterunt  
a longe et leuauerūt vocē dice-  
tes Jesu p̄ceptor miserere nri  
Et bene vt saluent̄ Jesum p̄-  
ceptorem nominant. Qz enī  
in eius verbis se errasse signi-  
ficant hunc saluandi humili-  
ter p̄ceptorem vocant Tu aut  
**F**rateres Sp̄i ambu- **Cap**  
late et desideria carnis nō p̄fi-  
cietis caro enī concupiscit ad-  
uersus sp̄m sp̄s aut aduer-  
sus carnē. Deo gratias **Coll.**  
**C**ustodi quesumus domine  
ecclesiam tuam propiciatione  
perpetua. et quia sine te labit̄  
humana mortalitas tuis sep̄  
auxilijs et abstrahatur a no-  
ijs. et ad salutaria dirigatur.  
Per dñm. **Et euangelio añ.**  
Dum intraret iesus in quod-

dam castellum occurrerunt ei  
decem viri leprosi qui steterūt  
a longe et leuauerūt vocem di-  
centes Jesu p̄ceptor miserere  
nobis. añ. Unus aut̄ ex illis  
vt vidit qz mundatus est re-  
gressus est cum magna voce  
magnificans deum. añ. Nō  
ne decem mundati sunt et nos  
uem vbi sunt non est inuentus  
qui rediret et daret gloriā eo  
nisi hic alienigena. vade qz fi-  
des tua te saluum fecit alla.

**Onica quita decima S. ma.**

**F**illo tpe: Dixit iesus  
discipulis suis. Nemo  
potest duobus dominijs seruire  
Et reliqua. **S. melia venera-**

**bilis Bede presbyteri.**

**N**emo p̄t duobus dominijs seruire.  
qz nemo valet simul transi-  
toria et eterna diligere. Si ei  
eternitatē diligimus curam  
temporalia in vsu non in affe-  
ctu possidemus Tu. **Lectō vij.**

**A**ut em̄ vnū dicit et alterum  
diliget. aut vni adheret et al-  
terum contemnet. Hec verba  
diligenter consideranda sunt  
Nāz qui sunt duo domini cō-

sequenter exponit dicens. Nō  
potestis dō seruire et mammo-  
ne. Audiatur hoc auarus. audi-  
at qui censetur vocabulo chri-  
stiano non posse simul mam-

one hoc est diuitijs christo-  
qz seruire Tu aut. **Lectō nona.**  
**Q**uod tamen non dixit. qui bā-